quod indiuisum in se et diuisum a quolibet alio. sed quecūq; sunt ꝑmensuratiue in diuersis sitib; ex ipsis diuidūtur ab inuicem. Conclusio esset nota ex supra dictis. sed tamen aliūde sic probatur. quia sicut ꝓtitas facit situm et ordinem partium subiecti in quo est. ita etiam facit determinatū situm et vbi fm locum. ita q; nature sue repugnat vt mobile quātum simul et semel sit in diuersis sitibus z vbi. Et ideo fm bo. in de trinitate fm diuersa vbi sumitur numeralis distinctio rerum. Constat autē q; si subito mutaretur corpus simul z semel esset in diuersis vbi. Et multa alia absurda possent inferri

Corrolariū. Et si Aristotelis ratio nō arguat simpliciter instantaneā mutationem: tamen posito vacuo concludit illam fm aduersariorū intentionem. Prima pars patz. q; graue simplex positum in vacuo successiue moueretur. et sic simpliciter non licet ꝯcludere mutationem subitam. Sed secūda pars ꝓbatur. quia ratio Aristotelis inducta est ad ꝓtradicendum positioni antiquoꝝ qui vacuū ponebant hac de causa vt non impediretur motꝰ et sic fm eos causa motus erat ex parte medij nō impedientis motum. et ideo Aristoteles ꝓtra eos argumentatur ac si tota causa velocitatis et tarditatis sit ex parte medij. quod si verum esset in vacuo nulla esset tarditas. et per ꝯsequens eius mutatio erit instātanea fm positionem antiquorū. Et per hoc soluitur ratio in oppositum facta cū auctoritatib; assumptis

Consequens aūt dictis est aggredi de tpe.

Circa tractatum de tē-

poze Queritur primo. vtrum tempus existens in reruz natura: sit circulatio celi vel vltima spera Ista questio vnū presupponit et alterū querit. Pro parte suppositi affirmatiua est finalis sententia phi. Sed pro parte negatiua sunt siliter due rōnes philosophi quas nō soluit. Prima ratio est. cuius partes non sunt totum non est. sz partes temporis. scilz ꝓteritum z futurū non sunt. ergo tempus non est. Secūda rō. necesse est cuiuslibet diuisibilis aliquas partes esse. sed nulla pars temporis est. ergo tempus non est. Maior est nota ex diffinitiōe ꝓtinui Minor. ꝓbat. q; nihil habemus de tempore nisi nūc. sed nūc non est pars integralis temporis. licet sit aliquid tēporis. Sed pro parte negatiua questi est phus in textu qui reprobat et soluit motiua antiquoꝝ hoc dicēduz

Maior Rationes negantes tempus fore: videntur penes fallaciam ꝯsequentis peccare

Minor Positio istorum est stulta: que dicit q; tempus sit circulatio aut vltima spera

Conclusio. Concedendū igitur est tempus esse aliquid in rerum natura: non tamē est celi circulatio vel ipsa spera vltima-

Maior patet sic arguendo si partes totius sunt totū est. ergo si partes nō sunt totū non est. Vel sic. si partes diuisibilis sunt necesse est diuisibile esse. ergo si partes nō sunt diuisibile nō erit. Et si aliquā fallaciā ꝓueniat affignare tene ꝓtingit. q; eius dē possunt esse plures apparētie fallendi. vt dicit secūdo elencoꝝ. Sūt etiā alie solutiōes illarum rōnū. que satis clare ponūtur in copulatis. videantur ibidē Minor patz per Aristotelē in littera qui reprobat opinionem de circulatiōe duab; rōnib;. et dicit ꝯsequenter q; ista opinio que ponit tempus esse vltimaz speram est ita stulta q; nō oportet aliqua impossibilia circa ipsam ꝯsiderare. quia manifeste peccat circa tres fallacias. Primo penes fallaciā eq̄uocatiōis. q; equinocatur esse in. Secūdo penes fallaciā accidentis. q; arguitur ex puris affirmatiuis in secūda figura. Tercio penes fallaciam ꝯsequentis. q; arguitur a positiōe ꝯsequētis ad positionem antecedentis. Etiā procedit ex falsis. q; multa sunt. que nec sunt in spera nec in tempore sicut omnia incorporalia. Ex quo patet q; primi philosophantes propter imperitiā logice sepius in falsas ꝓpositiones sunt ꝓlapsi. Cōclusio relinquit ex dictis nota quo ad ambas eius particulas. quia tempus est quoddā totuz successiuū quod nō solum rōne sed etiam re differt a circulatione et ab vltima spera Ad rōnes quid sit dicēduz patet ex dictis

Querit secūdo. Utruz tempus sit motus: vel saltem aliquid eius

Pro partib; tam affirmatiua q̄ negatiua illius questi videat Aristoteles in littera. qui ꝓbat tempus nō esse motū duab; rōnib;. Etiā dicit phus q; positio tenens tempus esse motū est magne apparentie. et adhuc habet defensores dicentes q; tempus z motus differant sola ratione. hinc est q; Aristoteles ostendit tēpus non esse motum. licet prius ostendit tempus non esse circulatiōem celi

Maior. Tempus non est motus. Minor. Q; tempus sit primi motus passio: nō interimit obiectio sumpta a philosopho Conclusio. Tempus igitur esse aliquid motus sed non motum: ostendit deductio fidedignorum rationum

Maior huius discursus patz ex rationibus in littera phi tactis. Prima est. quia motus est soluz in ipso quod mouetur. aut vbi est ipsum qd̄ mouetur. sed tempus est idem respectu omniū z vbiq;. Secūda rō. q; tempꝰ nō est velox vel tardum. sed omnis motus est velox vel tardus igit. Maior ꝓbat. q; si sic idem mensuraret seipō et esset notius seipso. hoc autē est inconueniens. Minor patet. quia si fieret apparens obiectio talis. si tempus sequatur aliquem motū sensibilem extra animā existentem. sequitur q; qui nō sentit illum motū non sentit tempus. cuius ꝓtrariū in littera dicit. Si aūt tempus sequatur motum anime. sequit q; res nō cōparentur ad tempus nisi mediāte anima. et sic tempus nō erit res naturę sed intentio anime ad modum generis vel spēi. Si autem tempus seq̄tur vniuersaliter omnē motū. sequitur q; tot erūt tempora quot sunt motus. cuius ꝓtrariū ettam in littera dicit. Sed hec obiectio nō obstat. quia tempus est passio primi motus a quo omnes alij causantur et quicūq; ꝓcipit quēcūq; motum secūdum. percipit etiā primū motum quē sequitur tempus. et sic percipiendo quēcūq; motuz percipit tempus Prima particula cōclusionis videlicz q; tempus sit aliquid motus. patet ex illo q; sine ꝓceptione motus non percipitur tempus. z ex cognitiōe motus acq̄ritur notitia temporis. put latius patet in littera. Sed secūda particula eiusdem ꝯclusionis patet ex deductione maioris ꝓpositionis

Querit tercio Utruz diffinitiue tēpꝰ sit numerus motus fm

prius et posterius. Pro parte affirmatiua est phs in littera. qui inuestigat particulas diffinitionis tpis. quib⁹ inuestigatis ꝯcludit ꝙ diffinitione q̄ tēpus est numerus motus ōm ꝑus ⁊ posterius. Sed pro parte negatiua arguitur multipliciter. Primo q̄ tēpus est q̄titas continua. g̃ nō ꝑt diffiniri per numerū. qui est q̄titas discreta. Secūdo. tempus est numerus mobilis et etiā q̄etis. g̃ nō est tantū numerus motus. Tercio. mot⁹ nō habet alias partes ſm quas numerari potest nisi ꝑus ⁊ posterius. ergo hoc ꝯplexum ſm prius ⁊ posterius superflue additur.

Maior Tempus est numerus numeratus nō aūt quo numeramus Minor. Sicut in motu se habent prius et posterius: sic ex eis cō surgit perceptio temporis Conclusio. Est igitur tēpus: numer⁹ mot⁹ ſm ꝑus ⁊ posteri⁹

Maior patet. q̄ si tēpus esset numer⁹ absolute acceptus. sequeret̄ q̄ numerus cuiuslibet rei esset tēpus. ⁊ sic tempus esset q̄titas discreta. Sed est tēpus qđ numeratur. q̄ ipsa numerata q̄ sunt ꝑus ⁊ posterius in continuo qđ est tempus dicūtur numerus motus. Sicut decem vlne pānī sunt de genere ꝯtinuoꝝ. et ergo etiā tēp⁹ est de genere ꝯtinuoꝝ Minor ꝓbat. q̄ ꝑus ⁊ posterius in motu ſm rem sunt idem qđ motus. q̄ sunt partes motus. et tñ differūt rōne. nam de rōne motus est q̄ sit entis in potentia actus. sed q̄ habeat ꝑus ⁊ posterius ꝙ uenit motui ex ordine partiū magnitudinis. et ex ista ꝑte extrahit̄ cognitio tpis a motu Conclusio ꝓ dupliciter primo a signo. q̄ illud quo iudicam⁹ aliq̄d plus vel minus est numerus eius. sed motū significamus maiorem et minorez tpe. g̃ tempus est numerus seu mensura motus. Secūdo patz via cognitiōis. q̄ tūc esse tempus determinamus cū accipimus in motu aliud ⁊ aliud. et accipimus aliquod mediū inter ea. Sicut cū intelligim⁹ diuersa extrema alicuius medij. ⁊ aīa dicit illa esse duo. scz hoc ꝑus et hoc posterius. q̄si numerando ꝑus et posterius in motu. tunc hoc dicimus esse tempus. Patz igit̄ q̄ tempus est numerus motus ſm ꝑus ⁊ posterius etiam diffinitiue. q̄ sibi ꝯueniūt ꝯditiōes bone diffinitionis

Correlarū ꝑmū. Rerū ꝙescentiuz esse: ꝑt mensurari tempore. Patz ꝑ Aresto. postea in textu. q̄ quies nō est negatio motus simplicit̄. sed est negatio motus in subiecto apto nato moueri. et ꝓ ꝯs esse rei quiescentis est eē rei transmutabilis. ꝓ ꝯsequens a tempore mensurabilis

Correlarū secūdū ꝑus ⁊ posteri⁹ diffiniunt̄ tpe ⁊ ecōtra: nō tñ circulatiōe ꝓhibita. Ptz q̄ duplex est ꝑus et posteri⁹. Unū est in motu. ⁊ ꝑ tale ꝑus ⁊ posterius diffinit̄ tēpus. Aliud est ꝑus ⁊ posterius in tpe. ⁊ illa diffinitū tur ꝑ tēpus Ad rōnes ad ꝑmū dr̄ q̄ tēp⁹ nō est absolute numerus. sed est numer⁹ mot⁹ qui est de genere ꝯtinuoꝝ Ad secūdā dicit̄ q̄ tēpus nō est numer⁹ mobilis q̄tum ad id qđ est. sed q̄tum ad motū localē eius. sed quies mensurat̄ ꝑ accidens tpe. q̄ est ꝑuatio mot⁹. qui per se tpe mensurat̄ Ad terciaz dicit̄ q̄ hoc vltimū ꝯplexū ponit̄ ꝓ differentia specifica tpis. et g̃ nō superfluit in diffinitione.

Querit̄ quarto. Utrū sit idē nunc in toto tpe: vel alterū et alterū ꝯtinue. Et q̄ ista q̄stio mouet̄ a phō in littera. ideo eius ꝓbatiōes ⁊ improbatiōes in ꝑsentiaꝝ reliquūtur. quia possunt copiose colligi ex textu

Maior. Nūc vnū et idem re: manet in toto motu ꝯtinue. Minor. Per ipsum totum motū: nūc est ſm rōnem diuersum Conclusio. Per totū igit̄ tempus nūc est idem re: sed incessanter diuersificat̄ ratione

Propositio maior sic declarat̄. q̄ sicut se habet mobile in motu. ita se hz nūc in tempore ⁊ motu. sed mobile manet materialiter idem in toto motu. sicut corpus in teatro ⁊ in foro. igit̄ ipm nūc manet ꝯtinue idē. Etiā si imaginemur q̄ pūctus suo fluxu causet lineā. tūc manet idez pūctus ſm substam ꝯtinue in toto fluxu. ita sil'r in toto fluxu tpis est idem nūc ſm substam. Minor ꝓbat̄ sil'iter de mobili. q̄ mobile scz Corpus in teatro ſm rōnez loci diuersificat̄ et in foro. ergo sil'iter est de nunc qđ ꝯtinue copulat ad alias partes tpis. Tenet ꝯña. q̄ nunc se habet ad tēpus sicut mobile ad motū. ⁊ ergo ꝑ locū a ꝙmutata ꝓportione sicut se habet tēpus ad motū ita nunc ad mobile. et illud est memorie cōmendandū ꝓpter ea que dicta sunt Conclusio est nota ex ꝑmissis. et posset ꝓbari ꝑ applicatōez exempli phi de Corpore. q̄ sicut Corpus in foro ⁊ in teatro est idem numero. ⁊ tñ aliter et aliter rōne. ita est de nūc tpis Correlariū. Quatuor ꝓprietates de ipso nūc famate: sunt rōnabiliter assignate Pro quo nota q̄ ipsius nūc aliqñ assignantur tres aliqñ quatuor aliqñ plures ꝓprietates. sed sufficit tangere q̄tuor. de quib⁹ magis cōiter fit mentio. Prima est q̄ nunc est notius tpe. Secūda q̄ si nūc nō est tempus nō est. et ecōtra. Tercia q̄ tēpus diuidit̄ ſm nūc ⁊ est ꝯtinuū ſm nūc. Quarta q̄ nūc nō est ꝑs tpis sed termin⁹ Et ille ꝑ prietates manifestātur ex ꝓportiōe tpis et nūc ad motū localē ⁊ ad mobile localiter. Est aūt triplex ꝓportio. prima q̄ sicut tēpus seq̄tur motū. ita nūc seq̄tur mobile. Secūda sicut motus localis se habet ad mobile. ita temp⁹ ad nūc et ecōtra. Tercia est ſm ꝙmutatā ꝓportionē. quia sicut tēpus se hz ad motū. ita nūc ad mobile. Unde rō ꝓprietatis est. q̄ sicut mobile cū sit hoc aliquid est notius motu. ⁊ ex eo cognoscit̄ motus. put scz mobile habz se ſm aliquā certā dispōnem. ⁊ antea habuit aliā p̄cedēte dispōnem. ⁊ postea aliam. Ita sil'iter nūc est notius tpe in q̄tum discernimus aliquā ꝑtem motus ⁊ aliquā posteriorē. Secūda patz sil'iter. q̄ si mobile nō sit nō est motus. et ita si nūc nō est tempus non est. Etiā si nō est motus non est mobile sub actu mobilitatis. et ita nō erit nūc si nō sit tēpus. Tercia ꝓprietas ptz. q̄ motus habet ꝯtinuitatē ſm q̄ vnū ⁊ idem mobile ꝯtinue mutat̄ ſm locū. et sil'iter est de tpe respectu nūc Patet etiā idem de pūcto in linea. q̄ linea diuidit̄ ſm pūctū ⁊ cōtinuatur ſm pūctū. Est tñ differentia. q̄ linea est ꝑmanēs ⁊ etiaz pūctus. sic aūt nō est de tpe ⁊ nūc. Sil'iter patz q̄rta ꝓprietas. q̄ dispositio quā habet mobile in certo situ ⁊ pūcto spacij nō est pars motus. sicut nec pūctus pars linee. licz sint aliquid motus ⁊ linee. ita sil'iter nūc non est ꝑs tpis. sed est aliquid eius. ergo correlariū est verū

Querit̄ quinto. Utrū ꝓprietates tpis de tempore: sint ꝙuenienter assignate Pro ꝑte affirmatiua est phs in littera. qui assignat quatuor ꝓprietates ⁊ eas ꝑ ordinē ꝓbat. Prima est q̄ in tpe est quodāmodo dare minimū et quodāmodo non dare minimū. Secūda q̄ temp⁹ est

multū vel paucū.et longum vel breue.sed non velox aut tardū.Tercia q tempus est vnuz t idem simul omniuz sed successiue est diuersuz.reiterabile tm fm spēm. Quarta q motus mensurat tpe t ecōuerso. Sed p pte negatiua possent adduci aliq argumenta in copulatis posita de quib nūc supsedeo.ne videar historiā texere.

- Maior: Tempori ꝓuenienter attribuūtur: due ꝓprietates que primo ꝓnumerantur.
- Minor Duas vltimas ꝓprietates tpis cōueniens est attribui Conclusio. Igit̄ q̄tuor ꝓprietates de tpe: sunt ꝓuenienter assignate

Propositio loco maioris posita sic declaratur. qz in q̄tum tempus includit rōnem numeri sic dat in eo minimū.vt vnus dies vna hora vnus mēsis.Sed inq̄tuz habet ꝓtinuitatē sic diuidit in infinitū.Siliter declaratur secūda ꝓprietas.qz tempus rōne numeri dicit multum vel paucū.et rōne illius q est primū dicit longū vel breue. Non aū potest dici velox vel tardū.qz tempus hz rationē mensure.velox aūt t tardū habēt rōnem mensurati.Et si tempus aliqū velox vel tardū dicat.hoc est metaphorice.qz hoies existentes in delicijs dicūt q tempus velociter transit.et existentes in tristicijs dicunt q tarde pagitur.eo q delectatio videt velox t tristicia tarda t nō cito transitoria Minor fit nota ex proportione tpis ad motū.qz tempus sequit motū primi mobilis.qz simul est vnus t successiue est diuersus rediens idez specie. siliter ergo erit de tpe.Rursus ptz de alia proprietate. qz sicut motū dicimus magnū vel paruū ꝓpter tempus. sic etiaz dicim⁹ tempus longū vel breue ꝓpter motū. Et hoc est rōnabile ꝓpter ꝓportionē tpis ad motū. t motus ad spacium in quo fit motus. Constat aūt q ex spacio ptransito cognoscūt q̄titatē motus t ecōtra.et siliter erit de tēpore.g tē Conclusio erit ex dictis manifesta. Sed argumenta que possent in ꝓtrariū argui querant hincinde in copulatis

Querit sexto Utruz facta tripertita diuisiōe circa esse: quodlibet mēbrum sit p tempus mēsurabile Pro parte negatiua est ph̄us in littera.qui dicit q illa que semp sunt nō mensurant tempore. Et hoc ꝓbat duab cōditionib que ꝓueniūt illis q̄ sunt in tempore.vt ptz circa litteram

Sed p pte affirmatiua arguit.qz celū semp est et tamen mensurat tempore

- Maior. Non sunt temporalia neq mensurantur tēpore: que semp habent aut semper carent esse. Minor. Nō quādoq habet t q̄ / q̄ priuatur esse: est temporale seu per tempus mensurabile Conclusio. Data igit̄ triparti / ta diuisione circa esse: vnū mēbrū tantū est per tempus mensurabile

Prima pars maioris pz p duas ꝓditōes eoz que sūt in tpe. Prima est q excedūtur a tpe.sicut omne eo qd est in numero est dare numerū maiorē. Secūduz q patitur a tpe passione corruptiua.sicut hoies dicūtur mori ex senectute licet improprie.sed neutrū istoz ꝓpetit ei qd semper est inq̄tum hmōi. Secūda ps maioris ptz sil'r. quia quecūq mēsurant tpe sunt mobilia. eo q tempo est mensura motus.sed ea que sunt ꝓhibita ab esse nō sunt mobilia.vt latius pz inferius in textu. Minor ptz. qz talia ꝓueniūt ꝓditiones p̄memorate Conclusio patz.quia tripliciter aliq ꝓparant ad esse.quedā em habēt esse sempiternū nūq deficiens.Quedā vero ecōtra sunt ꝓhibita ab eē.sicut chimerā esse vel dyametz q̄drati ꝓmēsurari coste.Alia sunt que q̄q habēt esse et q̄q puant ipso esse.sicut generabilia t corruptibilia.et illis vltimis solū ꝓuenit tempe mensurari.Et p tanto verificat illud metriste.Omnia tēpus habēt.sed nō hꝫent oia tempus.qz multa sunt que supgrediūtur mensurā tpis Correlariū p mū.Substātie separate:nō sunt mensurabiles tpe. Patz qz tēpus est numerus motus p se t primo. t p ꝓsequens alioz inq̄tum sunt mobilia.sed in substātijs separatis est negatiue motus sine aptitudine ad illum

Correlariū secūdū.fm se t ꝓprie tempus nō est cā generatiōis nec corruptiōis. Patz qz generatio et esse magis attribuit generanti et agenti.sed corruptio magis p prie attribuit motui. Etiā tempus nō est nisi numerus motus.t sic ex parte ipsius nec est generatio nec corruptio.sed tm ꝓpter ꝓnexionē quā habet tempus cum motu dicit esse cā corruptiōis.sicut motus qui facit subiectum distare seu discedere a dispōne in qua pus erat Correlariū terciū. Tēpori licet raro:attribuit aliq pfectio. Patet ꝓbi gr̄a.qz dr primo Ethicoz q iuuenes sunt inutiles auditores moralis phie ꝓpter inexperientiā.et econtra senes sunt idonei auditores . Et sexto Ethicoz dr q dictis senū est assentiendū tanq̄ pncipijs ꝓpter experientiā Et iterū primo Ethicoz dr q tēpus est bonus cooperator ad augmentū cognitiōis.nam sciētie suscipiūt augmentū successiue in tpe. Et sic aliquid pfectiōis p̄ attribui tpi. sed hoc est raro t magis improprie q̄ si corruptio attribuat tpi Ad rōem dicendū. q corpora celestia q̄tum ad esse subale transcendūt tempus.sed q̄tum ad esse in determinato vbi sic tpe mensurāt.

Querit septimo Utrū omniū diuersoz motuū:sit tēpus numero vnū. Pro parte affirmatiua est ph̄s in littera.qui dicit q tēpus simpliciter est vnū t fm q̄d variatur fm partes tpis. Etiā accīs habet numeruz a suo subiecto a quo indiuiduat.sed subiectū tpis est vnum numero.scz motus primi mobilis .g t tempus. Sed p parte negatiua arguit primo sic.qz tēpus est mēsura omniū motuū.g multiplicat ad multiplicatōem illoz. Et si dicat q nō est prima mensura omniū motuū.sed solū primi motus in quo etiā est subiectiue. Contra hoc arguit qz si sic seqretur q nihil pcipiens de motu celi nichil pceperet de tēpore.qd est manifeste falsum

- Maior. Et si dissimiliter tamen mot⁹ omnis: est tempore mensurabilis Minor. Tēpus nullius alterius: est passio q̄ primi mot⁹.
- Conclusio. Ex predictis igitur est perspicuum omniū diuersoz motuū: non plura esse tēpora sed vnū solum

Maior ptz p Aresto.in littera.nam motus primi mobilis mensurabilis est tempore fm eius ptes.licet nō fm eius totalitatē si ponat q sit ꝓpetuus. Siliter in oi motu est dare velocitatē prius t posterius. q ptinent ad tempus.igit tē.Sed q dissimiliter patz.qz tempus est pus mēsura motus primi t psequenter alioz Minor ꝓbatur. qz tempus sortit suas ꝓditiones ex motu primi mobilis. sicut passio sortit suas ꝓditiones ex subiecto ex cuius pri

tipys oritur. Patz qz de rone tpis est esse mensurā motuū.et hoc potissime ꝓpetit ꝓmo motui.eo q ꝓmū i vno quoqz genere est mensura alioꝝ.hinc est q illius motus ꝓpria passio est tempus. Et hec est sententia Aristotelis hic et decimo metaphisice. Conclusio patz.qz passio multiplicat ad multiplicatiōem sui subiecti.sed mensura nō multiplicat ad multiplicatōem mensuratoꝝ.ergo nō obstante q tēpus sit mensura omniū ⁊ diuersoꝝ motuū.nihilominus qz est subiectiue solū in motu ꝓmi mobilis.sic dicē vnū tempus omniū Corrolariū. Nō solum tempus est mensura motuū:sed etiā motus est temporis metrū. Patz ꝓma pars corrolarij ex diffinitiōe tēporis.in qua dr q tempus est numerus motus. Sed se cūda patz exemplariter .qz diem vel annū dr esse ꝓpletū attendendo ad motū celi. Et licet ibi sit circulatio.tñ est alterius generis.et ergo nō est ꝓhibita. Unde ꝑ motuz cognoscimus de tpe q̄ sit eius q̄ntitas.scz an dies vel annus.sed per tempus cognoscimus de motu cuius q̄titatis sit.scz an vnius diei vel vnius anni. Ad rationes ꝓma soluta est.Sed ad secūdā dōm q motus celi dupliciter ꝯcipitur.vno mō in se.Alio mō in suo effectu. et ꝑci pitur in motib⁹ istoꝝ inferioꝝ quoꝝ est causa. Et ista secūda ꝯceptio sufficit ad ꝯceptionē temporis

Querit octauo. Utrū cōuenienter temporis existentia:dicat dependere ab aīa Huius questionis difficultas ꝓplexa est apud multos.qz tempus dr esse numerus motus.nihil aūt potest numerare nisi aīa intellectiua.qz numeratio fit ꝑ collationē numeratoꝝ ad vnā primam mēsuram.ꝓferre aūt est opus rōnis.videt igit q si nō sit aīa q nō erit tempus neqz numerus.sed hoc est incōueniens.qz sic tempus nō esset res nature.sed ens rōnis

Maior.Si nō essz de facto intellectus humanus:adhuc numerus esset et tēpus Minor.Tempus non habet totalitatem seuē cōpletum:nisi per respectum ad numerantē intellectū Conclusio Igitur tempus ſm quoddam eius esse:ꝓcedi ꝑt ab aīa dependere

Probat maior.qz reb⁹ numeratis existentib⁹.necesse est ponere q numerus sit.qz numerus dicit pluralitatez aliquoꝝ que apta nata sunt numerari. Constat aūt q nō existente aīa rōnali alijs reb⁹ ꝑmanentib⁹ remanet rerum pluralitas cū tali aptitudine. Et dr notanter intellectus humanus.qz secus est de intellectu diuino.eo q ille est causa rerū. Etiā dr hic de facto.qz si nō esset intellectus humanus possibilis.etiā nō esset aliqd numerabile. Sicut si nō eēt sensus adhuc esset sensibile.sed si sensus non posset esse.nullum esset sensibile. Pro declaratiōe minoris noto q tempus ⁊ motus nō dicūt aliqd fixum et ꝑmanens in natura.sicut homo vel asinus de quib⁹ dici potest q hūt suam totalitatē ⁊ ꝓplementū a ꝑte rei. Econtra vero motus et tempus q̄ntum ad id qd̄ actu est de ipsis a parte rei nō est nisi q̄ddaz indiuisibile.sicut nūc in tēpore ⁊ indiuisio in motu.nam vna ꝑs nō manet cum altera.sed totalitas sui esse accipit ꝑ ordinationez aīe numerantis ꝓus et posterius in motu. Et ideo signanter dicit ꝓbus q aīa non existente tempus est vtcūq̄ ens.id est imꝑfecte Conclusio ꝑz ex dictis. Etiam ꝑt sic probari.qz temp⁹ in reb⁹ nūq̄ fortit sibi ꝓus ⁊ posterius.que tū ꝑtinent ad rōnem ⁊ ad aliqd esse tēporis sed illa in apprehensione aīe sil' existūt .et ꝑ tanto dicit tēpus ab aīa dependere Et per hoc ꝑz quid sit dicendum ad argumēta ꝑ ⁊ ꝯtra facta.

Querit nono Utrū modus mensurandi tpis: sit tali eternitate ⁊ euiternitate eiusdem gradus ⁊ ordinis. Pro parte negatiua est cōis sententia omniū theologorum ⁊ phoꝝ.qui multiplices differētias assignāt inter has tres mensuras.de quib⁹ in sequētib⁹ videbit. Sed ꝑ parte affirmatiua arguit.impossibile est plures mensuras durationis esse simul.sed tempus eternitas ⁊ euiternitas sūt simul.ergo nō sunt mensure diuersoꝝ ordinū.sed eiusdem ordinis.

Maior.Esse plus q̄ instans durabile:aliter et aliter mensuratur tempore euo et eternitate Minor.In predictis tamen mensuris: obseruatur q̄dam regula ꝓmunis Conclusio.Ponēda est igit supra tempus:duplex mēsura altioris gradus

Maior pz.qz in aliquib⁹ reperitur esse in q̄dam successione ita q incipit ⁊ finit in tēpore .⁊ taliuz mensura dicit tempus.qz tempus est mensura rerum trāsmutabiliū in esse ⁊ operari.In alijs vero inuenitur esse rerū intrāsmutabile.qd̄ tñ ꝑt admittere trāsmutatōem in aliquib⁹ accidentib⁹.sicut patz in corporib⁹ celestib⁹ ⁊ in intelligētijs Nam corpora celestia ſm suū esse substantiale sunt ꝑpetua.sed transmutant ſm locuz. Et intelligentie hūt esse substantiale sempiterne a parte post. sed vicissim habent successionem in actib⁹ intelligendi ⁊ volendi.et horū esse mensuratur euo.qd̄ est altioris ordinis q̄ tēpus. In deo aūt inuenit esse penitus elongatū ab omni mutatione.⁊ ideo mensurat eternitate. Et dicit notanter in maiore eē plus q̄ instans imobile.qz illa que soluz per instans durant ſm diuersa instātia habēt alias ⁊ diuersas mēsuras qz illud qd̄ durat ꝑcise per instans tpis hz ꝑ mensura instans tpis.sed illa que sunt simul natura hūt ꝓ mensura instās nature. Et ita sil' dōm est de instātib⁹ naturalis intelligentie ⁊ originis. Minor ptz qz regula cōis est q suprem⁹ inferioris ⁊ infimū superioris ordinis habēt multā silitudinez.sed hec regula ꝓsiderari ꝑt in ꝓdictis mensuris.qz motus ꝓmi mobilis est regularis simplicissimus ⁊ paucioris diuersitatis ideo appropinquat infimis que euo mensurantur .Similiter suprema intelligētia appropinquat cum his in quib⁹ inuenit eternitas per participationem Conclusio sic ostenditur .qz mensura et mensuratū debent esse homogenea loquēdo de mēsura ꝓprie respectu sui mensurati.et ideo oportet differentiam mensurarū inuestigare iuxta ꝓditiōem mensuratorum.sed quia res ꝓprie mensurantur ſm durationez sui esse.ideo ſm q esse diuersimode in diuersis inuenit ſm h diuersimode assignantur mensure durationū. Et etiam ſm gradum ⁊ ordinem ipsius esse sumitur gradus ⁊ ordo mensurarū.sed esse rerum temporaliū est infimū.ergo tempus quod est mensura illarum rerum tenet infimū locum Ad rōnem dicendū q plures mensure durationum vnius generis non possunt esse simul.sz iste mēsure de quib⁹ dictum est sunt diuersorum generū. Etiaz ille mensure sunt sibi inuicem subordinate.ergo se simul ꝓpatiūtur.quia tempus subordinatur euo et euū eternitati. Et sic ptz responsio huiꝰ q̄stit. Et tantū de quarto

Transmutatur autē infinitās

Circa materi-

am quinti libri phisicorum Queritꝫ primo. vtrum in singulis quinqꝫ ad motum ꝓcurrentibus: inueniri possit trimembris diuisio motus Pro declaratione huius questi noto primo q̄ Aristoteles in omni motu ponit quinqꝫ concurrere. scz mouens. mobile. duos terminos. et tempus mensurans motum. Noto secūdo q̄ motus tripliciter potest alicui attribui. vno modo per accidens. sicut sorte ambulante si sit musicus dicimus musicum ambulare. quia tam ambulatio q̄ musica accidunt sorti. Alio modo alicui attribuitur motus propter partem. Sicut si torax alicuius sanetur. dicim⁹ hoiem sanari. Tercio attribuit alicui mot⁹ ꝑmo et fm se quia fm se totum et non propter alterum. Sicut totus homo dicitur moueri localiter per se primo quando toti homini conuenit talis motus. Et ista diuisio trimembris potest applicari singulis ad motum requisitis. quare patet questum pro parte affirmatiua Sed pro parte negatiua arguitur primo. quia philosoph⁹ octauo phisicorum diuidens motum ex parte eorum que mouetur ponit solum duo membra. ergo illa diuisio hic erit superflua. Secūdo sic. omnis motus accidit mobili z est extra substantiam eius. ergo nullus motus conuenit mobili fm se

Maior. Motus tripliciter attribuitur mobili: et totiens mouenti. Minor. Ceteris tribus ad motum concurrentibus: competit tripertita diuisio mot⁹ Cōclusio Cū igitur quinqꝫ sint in motu necessaria: singulis ipsorū ꝓuenit diuisio motus tripertita.

Prima pars maioris patet inductiue per secundum notabile premissum. vbi exemplificatum fuit de mobili Secūda pars patet. quia dicimus albus edificare si dominicator albi edificet. Similiter dicimus q̄ homo percutit quia manus eius percutit. Et dicimus medicum sanare. quod sibi conuenit per se et primo Minor patet primo de termino ad quem. quia illud quod dealbatur dicimus q̄ mutatur in id quod intelligitur. eo q̄ albedo intelligitur. Secūdo dicitur aliquid mutari in colorem. quia mutatur in albedinez que est pars coloris subiectiua. vel de illo qui vadit athenas dicim⁹ q̄ vadit europam cuius athenis est pars. sed illud quod dealbatur primo et per se mouetur ad albedinem. Et pari modo declarari potest de termino a quo. Similiter ex parte tēporis potest dici. quia dicimus q̄ aliquis vadit per calorem. eo q̄ tempus est caliduz. Et dicimus q̄ aliquis currit in die. quia ī aliqua parte diei. Si vero ei⁹ cursus duret per totum diem. tunc dicitur currere per totum diem

Conclusio quo ad primā particulam patet. q̄ oportet in omni motu esse mouens mobile et tempus et duos terminos. scz a quo et ad quem. Sed secunda pars patet ex dictis. Corrolarium primum. In motus attributione: reperiuntur quedam analogie. Patz ex dictis Corrolarium secundum. Motus a termino ad quem. habet nomen speciem et rationem Patet quia hec tria pari passu incedunt. sed motus habet denominationem a termino ad quem. vt probatur clare in litera. quia terminus a quo abiicitur. sed terminus ad quē acquiritur. ergo etiam habet speciem et rationem ab eodem Ad rationes ad primam dicitur q̄ motus dupliciter dicitur per accidens. Vno modo quia conuenit mobili fm partem. vel quia nullam connexionem habet ad ipsum. et sic motus fm partem etiam vocatur per accidens. et sic loquitur de motu per accidens octauo phisicorum. Alio modo dicitur motus per accidens. quia nullam habet cōnexionem et mobile. Et sic loquitur de motu per accidens philosophus hic in principio quinti.

Ad secūdam dicendum. q̄ licet omnis motus accidat mobili naturaliter capto. tamen aliquis motus conuenit per se mobili formaliter accepto. Sicut exempli gratia. calefactio accidit aque. scz q̄ se ꝓuenit calefactibili.

Queritꝫ secūdo.

Vtrūz tantū tres sint species mutationis per se: scz generatio corruptio z motus dictus prius. Pro declatione questi notandum. q̄ Aristoteles dicit notanter duo de mutatione. Primū est. q̄ est inter duos terminos quorum vnus est posterior et alius prior. Secūdū est q̄ termini mutationis possunt imaginari fm quadruplicem ꝓbinationem. videlicet. q̄ aut est de subiecto in subiectum. id est de termino affirmatiue designato ad terminū affirmatiue designatū. vt de albo in nigrum. Aut de nō subiecto in subiectum. id est de termino negato in affirmatum. sicut generatio. Aut de subiecto in nō subiectū. sicut corruptio. Aut de termino negato in terminū negatū. Et iuxta hanc diuisionē inuestigat species ipsius mutationis. et ꝓcludit q̄ soluz fm tres primas ꝓbinationes sumūtur tres spēs mutatiōis Et per hoc relinquitur questio nota pro parte affirmatiua. Sed pro parte negatiua arguo vnico argumento. quia motus non est distinctus ꝓtra generationem et corruptionem. ergo nō erunt tres species mutatiōis distincte. Antecedens ꝓbatur. quia generatio et corruptio sunt species motus. vt dicitur in postpredicamentis et tercio huius

Maior. Termini mutationis: cōbinantur quatuor modis. Minor. Ex ambobus terminis negatiuis: non sumitur aliqua spēs mutationis Conclusio. Et si quatuor modis ꝓbinentur mutationis termini: ꝓtingit tamen solum tres species mutationis ex eis sumi

Propositio maior pz ex imediate dictis. Sed minor ꝓbat. q̄ omnis mutatio est inter opposita. sed due negationes nō opponūtur respectu eiusdē subiecti. ergo nō ꝓstituūt spēm mutationis. Minor sub sumpta probat exemplariter. q̄ nō esse hominē et nō esse asinū de eodem dicunt. scz de lapide Et ergo sicut in actu rōnis ex puris negatiuis nō fit bonus syllogism⁹. ita in actu nature ex ambob⁹ terminis negatis nō sumitur aliqua spēs mutationis. Posset etiā minor ostendi ꝑ sufficientiā. q̄ vbicūq̄ est mutatio ibi inuenit prius z posterius. vel ergo illa sunt in mutatione successiue. aut instātanee. Si successiue sic est mutatio de subiecto in subiectū. Si instātanee hoc est dupliciter. q̄ vel talis mutatio terminat ad esse et sic est generatio. aut fmiat ad nō esse. z sic ē corruptio